

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

Ix [i.e. iv]. Dato præmißis assensu, neceſtitatur intellectus ad inferendam
conclusionem neceſtate tantùm contrarietatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](#)

causæ efficienti tanquam forma inhærens, illam disponit ad efficiendum effectum.

IV. Posito seu dato assensu præmissis cognitaq; bona earum dispositione in modo & figura, intellectus necessitatur ad præbendum assensum conclusioni, necessitate contrarietatis seu quô ad speciem actus, patet ex syllogismi definitione, & ratio est; quia non potest intellectus per actum positivum dissentire ei, quod ipsi ut verum proponitur, & quod ut verum admisit, nec judicare idem simul esse verum & falsum, quod faceret, si concessis præmissis, cognitaq; bona illarum dispositione negaret conclusionem; qui enim dicit aliqua eadem esse unius tertio, dicit virtualiter, illa esse eadem inter se: habet hoc quoq; locum, quando præmissæ sunt tantum probabiles vel etiam falsæ; etsi enim objectum illatum secundum se evidens non sit, ex suppositione tamen seu concessione præmissarum tanquam verarum, repræsentatur eviderter verum, & eviderter esse connexum cum objecto præmissarum, quod jam ut verum supponitur. Non tamen necessitatur intellectus ad exercitium actus; quia

ve-
po-
pe-
(d
aff-
pra-
tit-
tu-
po-
qu-
ful-
de-
du-
siv-
mi-
pia-
ver-
ger-
vo-
ne-
ita-
&-
du-
me-
vol-
ab-

vehe-

vehemens subitoque succedens distractio
post datum praemissis assensum potest im-
pedire assensum explicitum conclusionis
(dico assensum conclusionis explicitum sive
assentum , qui sit actus distinctus ab assensu
praemissarum ; de cetero enim , dum assen-
titur praemissis , eodem indivisibili actu vir-
tualiter assentitur conclusioni) sed voluntas
potest imperare politicè intellectui , utpote
qui non est causa merè naturalis nullo modo
subjecta voluntati , quæ ne intrinsecè qui-
dem sit libera , sed habitis omnibus ad agen-
dum requisitis agit necessariò , sive velit ,
sive nolit voluntas , ut mox à dato prae-
missis assensu talem distractionem susci-
piat , cogitationesque ad alia objecta di-
vertat , & phantasiaz , ut talia objecta in-
gerat : qualem distractionem imperando ,
voluntas imperat suspensionem & omissionem ,
non tamen puram , conclusionis . Licet
itaque intellectus non egeat positivo imperio
& determinatione voluntatis ad assentien-
dum objecto evidenter proposito , eget ta-
men determinatione negativa , id est , eget , ut
voluntas non imperet dicto modo cessationē
ab actu , & aversionem cognitionum aliò ;
quod

quod autem voluntas non possit suspendere
amorem erga objectum repräsentatum abs-
que admixtione mali , inde est, quia non est
potentia imperans illi hac ratione suspensi-
onem actus : & quod non possit imperare
cessationem à visione beatifica intellectui
inde est, quod hæc cessatio sub nulla ratione
boni repräsentetur voluntati.

V. Actualis assensus præmissarū est necessa-
rius pro eo instāti, quo elicetur assensus cōclu-
sionis ; causa enim physica per se ipsam agentis
(qualis suo modo sunt præmissæ formales)
debet existere, quando producitur effectus,
illuminando, & determinando nimirum in-
tellectum, non minus, quam debeat exis-
tere cognitio pro eo tempore, quo amatur ob-
jectum ; & sicut cognitio reflexa quā quis
recordatur , se aliquando amasse objectum,
sufficiens non est, ut determinet voluntatem
ad idem objectum iterum amandum, sic nec
cognitio reflexa , quā quis recordatur se ali-
quando fuisse assensum talibus præmissis, suf-
ficiens est , ut intellectus assentiatur conclu-
sioni. Neque major seu prima præmissa
præcedit minorem causalitatem, sed tantum or-
dine; simul enim & immediate causant con-
clusionem.

VI. Con-